UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ioannis Polanci Societatis Iesv Theologi, Directorivm Breve, Ad Confessarii, Ac Confitentis Mvnvs Rectè Obeundum

Polanco, Juan-Alphonso de

[Köln], 1617

In appendices Directorij præfatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41600

Visual Library

cum ſolemnis danda eſt abſolutio, ſeruari debent, quæ de ea dicuntur. Mortui etiam abſolui poſſunt ab excommunicatione; quod valet, vt quis ſepeliatur in loco ſacro, & pro eo orationes fiant, &c. Et hæc de abſolutione, quæ forma & complementum eſt huius Sacramenti, ſufficiant.

varum excommunicationum abſolutione quæ ſeruanda.

Mortui poſſunt ab excommunicatione abſolui.

IN APPENDICES DIRECTORII PRÆFATIO.

CVM ſuperius de diſcuſſione pœnitentis, ac deinde, de vitæ emendatione iuuanda, ageretur; de interrogatorio, & de propriis remediis peccatorum, aliquid promiſſum eſt, quod jam præſtare oportebit. Et quia interea, quæ ad ſatisfationem pertinent, vel in primis reſtitutio neceſſaria eſt, quædam etiam de illa, vt memoriæ minus exercitatorum conſulatur, adijciemus. Poſtremo de vinculis, vel cenſuris eccleſiaſticis, excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, ceſſationis à di-

Quadruplex eorum quæ ſequuntur propoſitio.

à diuinis, ac nota irregularitatis, quod confeſſario ſatis eſſe videbitur breuiter perſtringemus.

Interrogatorium.

DVplex ſubditur interrogatorium: alterum eſt paulò fuſius, ad eorum præcipuè confeſſiones accommodatum, qui opera confeſſarij magis egent, vt cognoſcant vel redigant in memoriam ſua peccata: & quia connexa ſunt valde, quæ in octauo, nono, & decimo præcepto præcipiuntur, cum iis, quæ in quinto, ſexto & ſeptimo, ad ſeptem prima præcepta, interrogatorium reſtringitur (ad quæ bona ex parte, etiam reliqua peccata reducuntur) cauſa breuitatis, & ordinis: vt Primò, de cogitationibus. Secundò, de verbis. Tertiò de operibus. Quartò de omiſſionibus interrogatio fiat, circa præcepta. Quia tamen aliqua ex ſeptem peccatis capitalibus, non videbantur tam facilè ad ſeptem præcepta reduci, eorum tria ſeorſum tractantur: quædam deinde, ad certos ſtatus hominum accommodata ſubduntur: non tamen omnia peccata, ſed quæ in confeſſionibus ferè locum habent, perſequimur.

Ordò in interrogando ſeruandus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN